



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

S. Petrus Prin. Apostolor. n. 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

## CLAS SIS IV.

## A CÆLITIBVS.



*Ngelos Sanctos, Angelorum & Celorum  
Reginam secuti sunt Calites, à quibus suo  
quoque patrocinio Societas IESV in eius Pa-  
rente Sanctissimo, ac filijs, quam maxime  
illustratur, ac honoratur: & in primis,*

B. Petrus Ignatium fanat, vt surgat Societas.  
*1. A S. PETRO Apostolorum Principe, qui iam Ignati Parentis pedes consolidauit, ut Societas surgeret, que ubique terrarum in dilatandis sanctæ sua Ecclesiæ finibus, & Romani Pontificis imperio ex voto se totam impensura erat: iam P. Doctori Ioanni Fernandez viro sanctissimo, scriptorique doctissimo & utilissimis induito vestibus Religiones omnes ad Celi valvas contemplanti dixit: Benè potes ingredi sine metu. Paupertas enim tua testatur te de IESV Societate esse, nostræque dignum. Ita Cælestis ianitor Tom. 3. Viror. Illustr. Soc. fol. 10. Et cui nisi Petro id ex officio competit.*

Cuius pau-  
peritas calo-  
digna.  
Et cuius  
Nomen au-  
reis nota-  
tum literis  
à Ioan.  
Euang.  
vt adoles-  
centem ad  
Eam addu-  
ceret.  
*2. A S. IOANNE EVANG. Cuius singularis in hoc genere ergo Societatem memoratur fauor. Fuit Parisijs adolescens qui vita liberoris pertensus, cum meliorem instituisse, nocte quadam, que diem Dominicum sequebatur, percepit vocem ad perseverantiam se adhortantis. Post octiduum similiter monitus, quis esset qui loqueretur, interrogat. Sum (inquit ille) tui cognominis Ioannes Evangelista: & vicissim, Capuccinus ne (forte de ineunda Religione cogitabat) an Carthusianus fieri velit, interrogat. Ut Deo visum, respondit adolescentis. Nec id temporis plura. Tertio Dominico die, nocturno item tempore reddit Apostolus, dataque in manus schedula, En, inquit, tres tibi offeruntur Ordines: quem voles, elige: Ego amplius non reuertar. Duorum nomina argenteæ literæ, Nostrum (is erat Tertius) aureæ*